

Laurus pieria Aboensis in
solennem promotionis
actum, cum
magnificentissimo...

1 Ic 1653 Thuronius, Andreas Thuronis



National Library
of Sweden

Laurus Pieria Aboensis

In Solemnem Promotionis actum;

CURL

Magnificentissimo Procancellario;

Admodum Reverendo in Christo Patre,

DN. **ÆSCHILLO PETRÆO,**
S.S. Theol. Doct. Celeberrimo, Aboëns. Episcopo dignissimo,

Magnifico Rectore;

VIRO, Plurimum Reverendo,

DN. **M. GEORGIO ALANO,** S.S. Theol.
Prof. Primario, utriusq; Ecclesiæ Aboënsis & Nummensis
Pastore vigilantissimo,

Spectabilis Decanus

Nobilissimus & Consultissimus VIR,

DN. **MICHAEL GYLENFÄLPE/**
U. J. & Phil. Doctor. L: gum. Phil. Pract. & Hist. Profefs.
Publ. Celeberrimus

Præstantissimo & Politissimo Iuveni

DN. **ANDRÆ THURONIS** *Kyroënsi*
Finnoni Philosophiæ Candidato meritissimo

Gradum, honores & Privilegia Magisterij Philosophici

5. Non. Maij publice & festiviter conferret,

A N N O M D C L I I I.

Ab amicis, fratre, & Patriotis Syncerioris & fraterni
contestandi affectus ergo, erecta.

A B O Æ,

Excusa Typis Acad. apud Viduam Petri Wald. An. 1653.

fui imaginem creatum, ijs dominari iusserit. Omnis autem homo neq; ejusdem est ingenij, aut temperamenti, sed longè diversis & varijs imbuti: Mortalibus enim cunctis, pro horum diversitate diversa placent. Aliis placet Marte inclarescere: Alijs lucrari dulce est: Alij Baccho se totos dedere, ventremq; quasi Deum colere volupe ducunt; Nonnullos Venatio & Piscatio delectat quidam tellurem ferro arare dulce ducunt, habentq; omnes metam sibi præfixam, ad quam collimant: Sed hæc omnia tu mi docte
A N D R E Asperrando, Musarum castra, quæ tutissima, elegeras, ibiq; te sat fortem atq; strenuum præbueras militem, victorq; evaseras: Quare tibi nunc in victoriæ præmium Philosophia cum filiabus necit Lauream, digitumq; annulo ornat, ac te, sat juvenem, clarum pronunciat Magistrum, Unde tua tibi gloria major ut cum Plaut, in Trin. de te fatendum.:
Non ætate verum ingenio ad-
dipiscitur sapientia. Unde &

ego non immeritò tibi gratulor, quævis fausta
precando: Vigeas igitur, Valeas, vivasq; feli-
cissimè Clare Magister. Sis Deo gratus, Patriæ
& ornamento & emolumento, Parentibus solatio,
tibi ipsi utilitati & incremento. Vale.

GUSTAVO A. Heimelao. Finl.

*F*los ut vere novo virens odore,
Ut Phæbi radij micant calore,
Sic multo Anonidum micat juvenis,
Gemmis Splendidior, manens decentèr
ANDRÆA ò juvenis! Magister artis,
Flores tu superas, ut astra fulges,
Ingenti ingenio, pio vigore,
Ætatis superans, manes honore;
Sic vivax tibi lux, vigore parta,
Cultor Pieridum, viget referta.
Quod signat rutilans comis corolla,
Flavis aptatus dat hanc Apollo,
Mitræ nunc nitidam, perito & aptam,
Insignem titulum, quod oro, capta,
I, perge & voce refer senectam,
Et captum, Patriæ, tibiq; honori,
Aspiretq; Deus favens labori! à

LAURENTIO A. Forludio West:
Donec

Decorative flourish
D Oneris Merito palmâ tituloq; Magistri
THURONIDES patrij gemma corusca foliis
Hoc tua promeruit virtus, doctrinaq; Magna,
Quam quæsvisti nocte dieq; tibi,
Grator honores hos & totâ mente præopto,
Ut lauro ornatus perpetuo viveas.

Johanne Joh. Plagmanno
Aboënsi.

Decorative flourish
Προσφώνησις ad Iavidos.
Quid? Canes mati, petitis maligno
Dente; quem contra rabiem tuetur
Ac fovet, vestram, jugiter J E H O V A:

Arbiter orbis.

Anne? Quod livor soleat bubuleos
Consequi; Claros metuat? Pudendâ
Gratior virtus, premitur corollâ

Tempus in omne.

Otium falsa fugiunt querela:
Otium, pulchri simul ac honores:
Otium, multis iter ad coronas,

Claudit apertum.

Qui dies totos nitida Minervæ

*Destinat, centum studet & virorum
Auribus; Fama laceratur ille*

Sed petulanti.

*Scilicet ventis agitur alta
Quercus; & vasta graviore lapsu
Corruunt ades, caret ast periclo*

Tum rubus horrens.

*Integer vitæ scelerisq; castus
Non eget vulgi instabilis favore:
Rebus angustis animosus est &*

Mente serena.

*Optimam quisquis, mediocritatem
Seligit, nusquam timet obsoleta
Nec pudor (felix) subit ora turpis:*

Verbera lingvæ.

*Icarum quisquis studet amulari,
Utitur pennis nimium remissis
Sive Therfiten iterum premendo,*

Vincula rumpit.

*Suavis ANDREAS, medium politus
Diligit; Laudes celebrare rite
Quis potis? Præstat medium tenere,*


Moribus hisce.

Opto,

Opto, quò possit Pyllos in annos
Noster ANDREAS agilis, venustus
Patriæ dulcis, simul ac amicis,

Ducere vitam.

GABRIELIS G. Arctopolitani Finl.



Hactenus curâ vigili, Polite
Frater ANDREA, coluisse juvit
Te pias Musas, Charitesq; doctas,

Nocte dieq;.

Hinc tibi Surgit decus, & probatis
Charus es cunctis, ut & ipsa Pallas
Nunc tuum fervens, studium decorat

Laudis honore.

Et tuo imponit capiti Tiaram,
Fulgidam, donat simul & corollam,
Annulo cingens digitos nitente,

ô decusingens!

Grator hos magnos tibi nunc honores,
Et precor Sumum precibus IEHOVam,
Cuncta quò fiant avibus secundis,

Atq; benignis.

Vive

Vive ter felix Pylios ad annos,
Mente sis sanâ, domui Paternæ
Adde splendorem, patriæq; toti,

Annue Jova!

à
JOHANNÉ THUR: VVaënero,
Kyroënsi



ANDREA charitum decus, & lectissime Frater,
Ingenij, cuncti testantur, acumine polles.

Zolius ast nescit qua sit tua docta Minerva?

Quæ pietas? Probitas? Tandem qua grandia donat

Ergò tuum meritò digivum ruber annulus ornat,

Laurea sertacomam, quæ sunt optissima signa

Indolis eximia, doctrinæ, atq; laboris.

Quæ tibi fausta precor. Sic jam mea Musa silebit,

à
JOHANNÉ H. Lilio Finl.

PRæmia quæ tibi contribuit Thymbræus Apollo
Scandenti juveni, jam cellaq; Scamna virorum,
In laudem Domini, rutilantia sceptrâ tenentis,
Vergant, ut fias patriæ præ dulce levamen.
Tandem vitâ animoq; senex, sic pergito porrò.

à
JOHANNÉ I. Lillivvaan
Naguënsi

Blandula nonq; venus, famulante Cupidinis arenis
Constantem movit mentem de Helicouis alumnis.
Es doctus lingvas & prisca reperta Sophorum,
Nec doctrina tua in supremo cortice hæret:
Propterea Dominus Sophiæ perfector & autor,
Sudorem pensans, magno te maectat honore,
Dignaq; pro meritis reddit tibi munera Pallas,
Quæ libertatem signant, titulumq; Magistri,
Pileolum figit capiti simul atq; coronam,
Atq; tuam cyclo digitum rutilante decorat:
Unde Magister eris Clarus tu jure vocandus,
Hisce Vale felix, vivas ad Nestoris annos,
Grata Deo præsta, Patriæ quoq; commoda multa.

A
IOSEPHO G. MOIERO Fin.

Rustic & assiduo qui scindit vomere terram,
Est notus in cunctis commoda quot capiat.
Scilicet: valido Patriam miles qui Marte tuetur,
Immortale decus comparat inde sibi:
At tibi qui studio Clarium Studiose teneris
A Domino fertur palma virens capitis,
Hic honor ex vigili surgit tibi rite labore
Nuncq; places doctis, semper ubiq; viris.
Hinc domum in vultu præsens tu suscipe lætos
Utere: Et ad vita tempora longa tua
Comperecor ut ibi sic succedant omnia fauste
Hæc mecum plebis vota precantur idem.

A
JACOBO J. COLLINO Finland.

A No

ANDREAS FINNO CANDIDATUS
Per Anag.
FINDIS, ARTE CANA, DONANDUS.

ANDREA praestans Patris lectissima proles,
Ingenio clarus, notus & eloquio.
Ateneris fueras pietatis & artis alumnus,
Musarum cultor Aonidumq; decus.
Ingenio nitido tibi quod concedidit almus
Rex Regum, rutili qui regit astra poli.
Stultitia FINDIS tenebras & discutis atras,
Atq; aetate pares, vincis in arte, tibi.
CANA tu rerum subtiles arte latebras
Insinuare potes dexteritate bona.
Ornandus quare merito **DONANDUS** erisq;
Victrici Lauri & laude Magisterij.
Gratular ergo tibi magnos contingere honores,
Grator praclaris nominibusq; tuis.
Quae tibi jam confert nostri sacer ordo Lycei,
Prosit bonos, titulus prosit & iste tibi.
ANDREA vivas felix ad Nestoris annos,
Et patriae praestes commoda mille tua,
ANDREA vigeas, Pyllos superes simul annos
Et tandem capias gaudia magna poli.

GUSTAVO P. Boge Fin.

B 2

Qui

Qui per multigenas doctum caput extulit artes
Pro studio vigili commoda multa feret.

Qui quoq; Musarum novit pia dogmata ritè
Inter habet claros nomina clara viros.

ANDREA sic nunc ornata te Musa venusta
Cultori pretium conciliatq; suo.

Vive diu felix vireas vigeasq; perennis
Et tandem sumas fulgida ferta poli.

MARTINO P. Costenio Finlando.

Tempore quo rident vernantia Lilia in hortis,
Aspera cum pulso frigore cessat hyems;
Cum radij splendent, cum plaudit in aequore Nauta,
Omnia cum florent, gaudia multa ferunt;

Parturiunt vario gemmantia Prata colore;
Arbor & umbrosas induit alta comas;

Tempore nunc læto florent ac cuncta virescunt,
Mortua per gelidas quæ jacuere nives

ANDREAS prodit clara virtute politus,
Qui valet ingenio pollet & eloquio.

Quem vocat in Cathedram subito præclarus Apollo,
Ut referat meritis præmia digna tuis.

Auræolus digitum cum gemmas annulus ornat
Et gestat sertum gemmiferam capite

Pro sudore tibi nunc offert præmia Pallas,
Sic meruit virtus, Herculeusq; labor.

Catulor ergo tibi Iestas tua cœpta Secundæ
Præclarum ut niteat nomen ubiq; tuum.

ISIDORO M. TAMMELINO. *Finl.*
Qui

Qui cupiant alios conscendere,
 Quos labor ingens promeruit gradus.
 Insidias *Bacchus* struit ebrius
 Illis; blanda *Venus* telis nocet,
 Virus amans atrum *Momus* simul.
 Sedulus in studijs Sudans pijs
 Nunc Superas; spernens hæc singula
 Thoronides. Ergo sertum cape,
 Plaudere laboris confert præmia
 Fulcher Apollo, *Tiaras* fulg' dam,
 Signum libertatis *Pileum*.
 Quæis caput excelsum cingit tuum,
 Et digitum ornat fulgens *Annulus*,
 Præstans **ANDREA** juvenum decus.
 Omnia quæ faustis tibi comprecor
 Ut cedant a vibus, vigeas diu
 Felix, multa feras & prospera
 Commoda, quæso lubens *Patriæ*! Vale.

Ab

ABRAHAMO A. Ikalensi Finnone.

Creositor:

VIVat LVX Patria, Vigeat ter LUCE Superstes
CLareat & LUMen, prospera CUnCta ferat!

A ndrea	A stripotens	A uis	A flavic	A pollo,
Numine	Nuncq, novo	Nervoso	Nectare	Nutric:
Doctorem	Dulcem	Digno	Diademate	Donæ:
Recte;	Radices	Rerum	Ratione	Renoscit:
Evigilans	Etenim	Excellens	En!	Eximiusq;
Aenidæ	Affantes	A NDREAMA	Agarippidos	Aurâ
Sic solida.	Sanctæ	Sanum	Satiare	Sorores:

B 3

Mo.

Memum	Mordentem	Mox	Mendacemq;	Malasse,
Ampluſq;	Adverſans	Auſterum	Asperga	Acerbis.
Gloria grata	Gregis	Gratulantis	Germine	Gemmans,
Jubila	Jucunde	Juvenis	Jactato	JEHOVAE
Sedule,	Stellanti.	Sacræ	Serto	Sapientes
Teſpiadesq;	Tegunt,	Tulerint te	Tramite	Tandem
Elyſio	Exultes	Effuſe	En!	E modulando
Rex	Regum	Rigidus	Regnet	Rectoſq; Reſeſu

Honoris & amoris Ergo tenui modulatum ſile
ab

HENRICO FLORINO

*Sic ſudasse juvat studio vigili artibus olim
Te puerum, alſiſſe & ſeciſſe, & multa taliſſe.
Ut ſummum Aoniꝝ conſcendas montis acumen,
Præmium ut inde tibi rapias nunc atq; brabeum.
Ergo ſit voce felix aggreſſus ad illud,
Progreſſus tibi ſic felicior obveniâtq;
Sit tibi tandem ter felix egreſſus ab illo,
Hæcce precor Pater Omnipotens, his annue votis.*

JOHANNÉ G. Favorino. Finl.

PRæſente nil quicquam faciam magis
Unquam die, dic Calliope meloſ,
Blandæq; Phœbeâ Sonate
O Charites chely dulce carmen.

Car-


Carmen ligatum disparibus modis
Imo lyrae verba affosanda, n̄
Inculca terreret Thalia,
Melpomene tibijs opem fer.
Jam maeste honores & titulos novos,
Arcesq; cellas maeste Thuronides
Scandit Sophiæ, Pegasiq;
Atq; cacumina magna Pindi
Liquore puro Castalij lavit
Fontis venustum atq; ingenium lacu
Permessidos, Parnassiæ nec
Hic renuit remanere Cyrrhæ,
Amplectere ergo quæ Themis ominis
Fasisto tibi ANDREA jubet, (haud mora)
Offertq; honorem, magnum honorem
Quem clarium Pater ecce Pallas,
Quo tu ampliores haud graviter tibi
Nancisceris: lætisq; capescito
Dextris, precor præsens beati
Temporis auspiciam atq; honoris.
Tristes furores & superûm minæ
Absint procul, t̄i parca ferox simul
Parcat, salus cœli manebit
Te voveo, loca sume summa.

ab

ARVIDO HENRICI Rostuensis


Finnoe.

Si



Ducite ritè choros claræ doctæq; Camanæ,
 Finnonis en felix Soboles nunc Palladis Arcem,
 Ingreditur celsam, magni duriq; Laboris
 Mercedem carpit dignam titulumq; Magistri,
 Annulus hicce ruber digitum, viridentia lerta,
 Doctum ornant, castæ Sophiæ ceudona, caput, quæ
 Sedulitas meruit lapsos Spectata per annos.
 Talibus ornaris merito; Juvenibus annis
 Ambiti quoniam tu Musas nocte dieq;
 Thuronides (animum exhilara doctissime fautor.)
 Hoc Aboa, Arctopolis, Tavastia comprobat ecce,
 Vire igitur felix capiant tua membra sepulchrum,
 Serò. Sic cecini paucis, nunc hisce valecto.

^{ab}
 HENRICO I. Tommelio Finland.



Si me propitio spectaret lumine phœbus
 Si regeret dubiam Calliopea Lyram,
 Te nunc Andrea cantarem flumine versus
 Ingenij dudum quod tua vena meret
 Labra tibi tinxit jucundo svada lepore
 Inq; adytis animi palladis ara sedet
THURO pater felix nati clarescis honore
 Cui Charitum plaudet, pieridumq; chorus,
 Qui non huic faveat, qui non miretur, honoret,
 Hunc nihil ingenua mentis habere putem.

^à
 Johanne Christierni Melartopao, Fin.